

SEBASTIANI  
SANLEOLINI. C. FLORENTINI  
AD PRINCIPES CHRISTIANOS

Carmina :

*Quibus eos ad bellum à Sacri Fæderis Socijs aduersus  
Turcas cõmunes hostes susceptum ab omnibus  
unanimiter conficiendum exhortatur.*

AD GREGORIVM XIII. PONTIF. OPTI. MAXI.

Eiusdem Sebast. in Victoriã Naupactiacam, laudemq;  
Gloriosissimi Iohannis Austriaci Sacræ con-  
spirationis Imperatoris Ode.




FLORENTIAE  
Apud Iuntas M. D. LXXII.

*Cum Licentia Et Privilegio.*

SEBASTIANI

SANITOLIUS & FLORENTINI



FLORENTIAE

Apud Iunias M. D. LXXII

Con Licentia et Privilegio

# SEBASTIANVS

SANLEOLINVS FLORENTINVS

GREGORIO XIII PONTIFICI

OPT. MAX. S. ac Fœl.



**E**GO IN communi hac Christianæ Republicæ causa, Belli scilicet contra Maumethanos gerendi, alacri animo arma sumpsissem Pater Sanctissime, vitæq; omnibus laboribus, ac periculis exposuissem, si, quam gero rei familiaris atq; infantium liberorum, curam mihi relinquere licuisset: Qua enim in re meliùs, ac salutariùs illa impendi possit non video: quod tamen præstari à me potuit, vt rem iuuarem, & Christianorum Regum, ac Regulorum animos inflammarem ad vnâ conspirandum, & arma aduersùs immanissimos Christiani nominis hostes capessendum, Hos versus edidi, non illo quidem stylo, illaq; elegantia compositos, quam rei moles desiderat, sic tamen verè, ac piè, vt si ab illis eo animi affectu lecti fuerint, quo sunt à me conditi, fore nõ dubitè, quin ipsi etiam fœderi à Pio Quinto Pont. Max. cum Ca-

tholica Maieſtate, Venetoq; Senatu antea inſito con-  
feſtim accedant. Hos ego tibi Beatiffime Pater di-  
candos cenſui, Pii huius Quinti Succeſſori, Cuius  
auſpicio Sanctiſſima hæc conſpiratio fuit conflata,  
vt tuæ Beatitudinis auctoritate in manus homi-  
num prodeant. Florentia Idibus Maii.

M. D. LXXII

GREGORIO XIII. PONT. OPT.

Max. Sebastianus Sanleolinus.



*AXIMVS ille PIVS Quin-*  
*tus, re Primus in omni,*  
*(Cuius & in terris fama peren-*  
*nis erit,)*  
*Impia Maumethis meditatũs*  
*Dogmata Sectæ*  
*Tollere, Othomanos sternere*

*humiq; feros,*  
*Barbaricoq; iugo Lybiaq; Asiaq; solutis*  
*Reddere iam CHRISTO debita Tempia Deo,*  
*Regeq; Catholico, Venetis & in Arma coactis*  
*Sacra, unà Italicis, Romulidisq; suis,*  
*Dante Deo, Austriaco & sæliciter Arma Iohanne*  
*Tractante, Actiacis Barbara fudit aquis*

*Agmi-*



Agmina, Captivosq; alta ad Capitolia duxit  
 Threiciosq; Duceis, Threiciasq; rateis:  
 Dumq; iterum, ut Selymum Divini Numinis hostem  
 Impeteret Terris, impeteretq; Mari,  
 Vndiq; conflatis Castris, ratibusq; paratis  
 Sacri in Othomanos Fœderis Arma movet,  
 Dira PIVM rapuit Mors intempesta, PIOq;  
 Orbem Orbem cacis obruit & tenebris:  
 Merferunt nos & lachrymis; Cœlumq; dederunt  
 Impia quàm nobis, tam pia Fata. P 10.  
 Cepit ab hoc obitu Sacrum frigescere Bellum:  
 Christi adumq; Animis pristinus ardor abit.  
 Viribus hinc Selymus sumptis, Animisq; receptis  
 Victus in Inuictos Tela, Rateisq; parat;  
 Audet & Ultriccis pharetras armare minatus  
 Triste Europais, Ausonijsq; iugum:  
 Iam maiora minis gesturum quisq; timebat;  
 Non Aras tutas, non Sacra tuta fore.  
 At Deus Omnipotens ( Populi cui cura Fidelis )  
 Cladibus obiectis obuius eccè venit:  
 Proq; P 10 erepto Terris, Astrisq; recepto  
 Continuo nostrum te dedit esse Ducem,  
 Teq; novum fide Navi, Pater optime, Typhim  
 Prefecit: Clavum credidit ille tibi;  
 Cœlestisq; dedit Claveis, Gladijsq; duobus

Munijt, atq; Pij tradidit ille Vicens,  
Immo suas, Quamti ut vestigia sancta sequutus  
Quam cno in Infidos Bella secunda geras,  
Utq; novos victo referas ex hoste Triumphos:

CHRISTVS adoretur Solis viraq; Domo.  
Ergo iube Socias acieis, Classeisq; paratas  
Protinus in Scythicos vertere vela sinus.

Peruigil ille tuus, cuius PRVDENTIA summis  
Emiciit rebus, perstet in Arma DRACO.

Confice Bellum: aderit Belli PIVS author ab Alto:  
Bello aderit CHRISTVS, Cœlicolũm q; manus.

Fuluij Mannij Iur. Vtr. Doct. Amplifs. Colle  
gij Senensis Tetrasticon in laudem  
Domini Sebastiani Sanleo-  
lini. I. V. D.



RANDE decus Patrie, verè Vir-  
tutis Alumnus,

Ac splendor Proles, Sanleoline, tue,

Quod sic alta canis, quàm sit tibi Phœbus

amicus

Quisq; videt, faueant Castalidesq; Deæ.

Eiusdem in eundem.



U I S nam Europaeos obstrictos foedere  
Regeis  
Compulit Armatos in pia Bella? P I V S.  
Postq̄, P I I interitum quis nam est sa-  
cra Bella sequutus?

Quem T Y B E R I dederat F E L S I N A docta, D R A C O.  
Quae Aera cient Equiteis? Pediteis quae T y m p a n a? utrosq̄  
Ad sua Signa vocat Sanleolina Chelys.  
Quid mirum? cum vult facundia diues, inermis  
Armat; & armatas exiit illa manus.

Benedicti Albizi Florentini in  
laudem eiusdem.



Vetus ad Hetruscos, maternaq̄ Carmi-  
na, rythmos  
Attonitas Arnus sistere T huscus aquas,  
Nunc sua Fraternali remoratus flumi-

na Cantu

Germanum ad T y b e r i m hae verba ferenda dedit;  
Quod loquor ore tuo: quod nostras Romula ripas  
Laurus adit: cantu contineoq̄ pedem:  
Maxima quippe meo debetur gratia Nato:


*Plurima carminibus Frater amate tuis.*

Flauij Floriani Fulginatis. I. C. Et Equitis,  
& Rotæ Florentinæ Auditoris in  
laudem eiusdem.



**O** N I V N C T I validas Tybris, Tagus,  
Adria Dextras;  
Hortatiq<sup>s</sup> suos Sancta sub arma Duceis,  
Mirantes cunctam Europam Socia Ar-  
ma sequentem

Vatis ad Arnicola plectra, lyramq<sup>s</sup> piam,  
Concinuere simul. Gaudete alta Ostia Nili,  
Tigris, & Euphrates, Ister, & Habre rigens,  
Gaudete, ò quando nostras concurrat in Vndas  
Haud tantum Hetruscis auctior Arnus aquis,  
Cuncta sed Europa, Fidibusq<sup>s</sup>, & Cantibus Arni  
Accedunt nostris flumina fluminibus;  
Quorum ope iam vinculis ereptos, iamq<sup>s</sup> solutos  
Barbarica nunc vos compede quis dubitet?



AD PRINCIPES CHRISTIANOS  
SEBASTIANI SANLEOLINI

C A R M I N A .



AGNANIMI Reges, quibus  
una & trina Potestas  
Inuicta Europæ moderari cœsit  
habenas,  
Heroesq; alij, externis qui parti-  
bus Orbis  
Iura datis, colitisq; Deipia Nu-

mina CHRISTI,

Nunc, ubi Roma potens, Sacrorum maxima Princeps,  
Virtutisq; memor prisca; Magnusq; Philippus  
Nobilis Hesperia, & Regni dominator Hiberi,  
Conscriptiq; Patres, Princeps, Venetusq; Senatus,  
Grande soli decus Ausonij, Adriaciq; profundi,  
Communi exitium miserati instare Parenti,  
Christigenæ veritiq; extrema pericula genti,  
Compositis una, & transactis rebus, amicas  
Iunxerunt dextras, Socialiaq; arma tulerunt,  
Oppetere aut prompti pulchram per vulnera mortem;

A Finibus



## AD PRINCIPES

Finibus aut patrijs Scythicum remouere Tyrannum:  
 Nunc ubi, Christicolis Christo aspirante, Iohannes  
 Austriacus, Summus Classis sociæ Induperator,  
 Præcipuum belli decus, & noua gloria Martis  
 Isariam Actiaco superauit in Æquore Classem,  
 Nauibus, atq; Viris captiuis undiq; ductis,  
 Æternum æquoreis spoliauit viribus hosteis,  
 Terrarumq; iter hostileis patefecit in oras,  
 Eia agite in Sacrum tandem concedite Fœdus,  
 Communemq; hostem petite, & communibus Armis,  
 Fortunas, & opes, argentum huc fundite, & aurum,  
 Huc lectas Equitum turmas, peditumq; Cateruas  
 Mittite; presentemq; manum huic conferte duello:  
 Oblatæ, & facili neu vos subducite Palma.  
 Vestram implorat opem nunc Græcia, Græcia miris,  
 Atq; malis affecta modis; qua proxima nuper  
 Conspecta Selymi nauali clade, catenas,  
 Seruitijq; iugum crudele abrumpere, tempus  
 Nacta decens, secum concepit: iamq; rebelleis  
 Induit illa animos: vestra at sola arma moratur.  
 Vestram implorat opem Pannonia diruta Turcis  
 Et possessa malis media plus parte, suoq;  
 Antiquo Sceptro per vos coniungier optat,  
 Germaniò Proceres, quibus est vicinior illa:  
 Vos primum implorans, vestris spem ponit in Armis:

Quòd si nec miseræ vicina incommoda tangunt,  
 Vestra tamen tecta, & vestros curate Penateis  
 Hanc propugnantes: Quis enim, sic segniter ora  
 Danubij ex toto capta, fore littora Rhæni  
 Tuta putet vestri? Quare succurrite fessis  
 Hungaricis rebus: vosmet defendite in illis.  
 Vestram implorat opem nunc flebilis, aurea quondam,  
 Et Solis tutela Rhodos, nunc ferrea tantum,  
 Solis et auersi radijs lustrata sinistris,  
 In priscum reditura aurum, Phæbiq; nitorem,  
 Falsi si inde Dei, simulacraq; vana recedant,  
 Et sua Baptistæ reddantur Tempia Beato,  
 Perq; suas Aras trinum veneretur, & unum,  
 Numen, & expandat candentia rursus in auras  
 Signa Rhodos, nostri columen, tutela Marisq;.  
 Vestram implorat opem captiua, euersaq; Cyprus,  
 Orbis delitiæ quondam pulcherrima Cyprus,  
 Matris Acidaliæ quondam gratissima sedes,  
 Funeribus nunc nota, suis & clara ruinis,  
 Ac vilis, neglecta, iacens miseranda vel hosti,  
 Seruitio educi poscens Socialibus armis,  
 Sollicitansq; isdem votis, quibus illa precando  
 Hispanas, Italasq; manus in fœdera iunxit,  
 Ostentatq; neceis, & adhuc fumantia longè  
 Mœnia, & indigno mananteis sanguine riuos:

Perfidiā queritur Thracium, promissaq; laesa:  
 Proq; fide abrupta penas ex hoste reposcit.  
 Vestram implorat opem, duplicem ad Sydera palmas  
 Extendens, miserè regaleis scissa capillos,  
 Regaleis laniata sinus, pectusq; decorum  
 Constantinopolis veterum certamine Regum  
 Immanis Turca Imperijs servire coacta,  
 (Proh scelus,) Imperij sedes Augusta Latini?  
 Detrectare iugum foelicibus incita fatis  
 Cogitat, et per vos antiqua in Sceptra reponi:  
 Hac Aquilam, tuaq; Arma vocat nunc maxime Caesar  
 Cesareas huc verte acieis, Aquilamq; potentem:  
 Cesarei iam iuris erat: te respicit unum  
 Romani heredem Imperij: Successor in illa es.  
 Vestram implorat opem Terrarum deniq; quicquid  
 Assyria, atq; Asia, reliquisq; tractibus Orbis,  
 Sive solo, sive equoreis anfractibus angit  
 Ritibus immundis immundus Turca prophanans.  
 Vosq; Palaestina quondam foelicia Terra  
 Arua vocant, tandem sponsam sensura salutem,  
 Si sua Davidicus Christus per Tempia colatur.  
 Vos Bethleem, Christum quæ aulis prealata superbis  
 Nascentem puerum primis suscepit in vlnis,  
 Vos inquam vocat, & redimise postulat ultro.  
 Vos Solyme, Vatum mater veneranda Piorum,

CHRISTIANOS.

Vos Solyme, Christi sex lustris, messe q̄, trima  
 Altrix humani, defuncti q̄, hospita Tellus,  
 Compellat voce ingenti, & pia suscitât Arma:  
 Barbariem, fœdas q̄, manus fastidit herileis,  
 Priscis tractari, at q̄, pijs cultoribus ardens.  
 Christicola Reges huc omnem intendite curam:  
 Hic labor inuigilet solers, huc arma, viros q̄,  
 Veritate: Nobilium exundet tum sudor Equorum  
 Utilius: sacrum canat omnis Buccina Bellum;  
 Cuncta tonent sacrum resonantia Tympana Bellum:  
 Victricem q̄, Crucem pandant volitantia signa,  
 Dum Christi Natale solum, Christi q̄, Sepulchrum  
 Hactenus ereptum, contemptum q̄, hoste superbo,  
 Et quas humana coluit sub imagine terras,  
 Vindicibus q̄, animis, iustis q̄, reposcitis armis.  
 Huc Melithœa manus, pellito sacra Iohanni,  
 Candida signa refer: munitam huc dirige Classem;  
 Stringe ferox q̄, Ensem: nempe hos armaris ad usus:  
 Propugnanda tibi cœsit Sanctissima Tellus,  
 Militiæ tutela tua, tibi credita quondam,  
 Quàm primū ergo tuo repetēda est sanguine, et armis:  
 Nunc altè audendum, & vibrandus fortiter ensis  
 Ordine pro sacro, & pro Religione tuenda:  
 Hinc Arabe expulso, sacra q̄, hac Vrbe recepta,  
 Cedet & ipsa Rhodos candentibus inclyta signis.

Et duo Marte uno reddentur mania victa.  
 Romani decus Imperij, Inuictissime Caesar,  
 Si Deus è cunctis Heroibus, ipse regendo  
 Quos Orbi dedit, & spectat Sol aureus axe,  
 Vnum te, miserans languentia Secula, legit  
 Augustum, Populi Defensoremq; Fidelis;  
 Teq; ideò validis muniuit prouidus Armis,  
 Fulmineumq; tua dextra bonus intulit Ensem:  
 Quo late vibrans Altaria, Tempa, Sacrosq;  
 Indictos Superis vindex tue aris honoreis:  
 Erranteisq; viros, fideiq; interritus hosteis  
 Victor agas telis, mulctans et morte superbos,  
 Subiectosq; iubens Romanis viuere sacris;  
 Eia age, rumpe moras: commissum protinus Ensem  
 Eibra: infidosq; feri nunc comminus hosteis:  
 Et Diis Hungaricas repara immortalibus Aras:  
 Hungara Regna tibi proauito debita iure  
 Nunc repete: ereptasq; Urbeis, Arceisq; require:  
 Labentis Regni, teq; implorantis, & armis  
 Casareis solum obnixi miserare ruinas:  
 Aspice ut Alba suis Regum celebrata Sepulchris  
 Regaleis doleat cinereis, Maneisq; beatos  
 Pollui ab impuris Turcis, scelerumq; ministris?  
 Respice, ut inuicti Coruini Regia quondam  
 Buda potens, ludis, totiq; actis clara Trumphis



Barbaricum nunc passa iugum externosq; Tyrannos  
 Languet, atq; solo caput inclinata recumbat?  
 Ut Varadina Arces, Belgradi Pergama, & alta  
 Strygonij Turres, Agrianaq; menia, nec non  
 Oppida Turcaico nunc diruta Marte Sighbetti  
 Quam longum indoleant, biferiq; rosaria Pesti  
 Prorsus ut aruerint nunc tantum horrentia dumis!  
 Danubiusq; Pater, nè vincla, & damna suorum  
 Natorum aspiceret, cæcis se condidit Antris,  
 Et sua Danubides liquerunt flumina Nymphæ.  
 Quare omnes passim lachrymisq; & funere merfi  
 Hungarida expectant redimi te vindice, amantq;  
 Compedibusq; pedeis, captiuâq; colla catenis,  
 Auspice te, manicisq; manus, & brachia solui:  
 Te genibus flexis, & corde precantur, & unum  
 Supplice te iustum conclamant carmine Regem:  
 Voueruntq; animos, & fortia pectora Marti  
 Sponte tuo, aduersas promptiq; relinquere parteis,  
 Classica quam primum fuerint audita, tuasq;  
 Signa Aquilas tuleris inimicis obuia Lunis.  
 Dic igitur Bello signum, Martemq; morantem,  
 Bellonamq; cie, Rex hastam primus in hostem  
 Coniiciens: tibi nè desis, dum in Bella vocaris  
 A populis Urbes, & se deditibus ultro:  
 Oblatam nè temne vicem; nè id tempus omittas;

Sume capillatam frontem: haud Occasio sese  
 Rursus aget talem: cape, nè post terga recuset:  
 Hungaris ora vocat: Germania suggerit arma:  
 Nescit stare loco, & late fremit Austria Mater  
 Ausa prior Lycias prosternere Marte phalangeis:  
 Secum animis paribus, laudumq; cupidine flagrans  
 Stipat in arma suum festina Bobemia Regem:  
 Sarmata Rex animis elatior ecce Polonos  
 Instruit, & Pugna Socius ruit agmine primus:  
 Vix clangore tubæ audito Rex Moschus ad arma  
 Profiliet, ruptoq; inuadet fœdere Turcas.  
 At fusi è contrâ, demersiq; æquore Turca  
 Diuersa nunc Vere nouo Tellure petentur  
 A Coniuratis Victoribus. Undiq; Bellum  
 Imminet in profugos: Quarè, dum bella repellent  
 Diuersis illata locis, in pluraq; fusi  
 Agmina se scindent, æquis nec viribus illi,  
 Hunnica nec paribus defendent Regna sagittis.  
 Tum Gener Hispanis, Gallis qui regnat & alter,  
 ( Tam magnis Generis quis enim fœlicior unquam? )  
 Innumeris Socerum auxiliis, auroq; iuuabunt:  
 Conciliansq; PIVS Diuos in Bella fauenteis,  
 Quilibet & Sacra Sedis Successor ab illo,  
 ( Sic stat Purpurei sententia dicta Senatus )  
 Magnis Hispana, Germana ac Pube coactis

Itala festinus coniunget robora Castris:  
 Affinisq̄ acieis Medices FRANCISCVS Hetruscas  
 Iunget in arma ferox: magniq̄ exercitus instar  
 Ipse erit: obstiterit Turcis satis omnibus vnus,  
 Dum dextra presentat Auum: dum corde Parentem:  
 Coniungis & chara FRATREM in sua Regna reponit:  
 Quis tribus inuictis Populis vno agmine iunctis,  
 Iaziges, aut Medos contra haud obstare putandum:  
 Sed trepidare metu, spaciumq̄ relinquere campi,  
 Dedecorem inq̄ fugam coniectos vertere terga,  
 Non secus, ac Patrem inuictum, PATRVVM q̄ po-  
 Delectu armatos eodē, imparibusq̄ sub Armis, (tētem  
 Dicenteisq̄ diem pugna, longo ordine Turca,  
 Vel numero plures, Solymanoq̄ Arma gerente,  
 Turpiter Austriacæ à muris fugere Vienna.  
 Aude igitur, Regnumq̄ tuis felicibus Armis  
 Astrue: certa tibi promittunt Sydera Palmam:  
 Ipse suam Regni Stephanus delapsus ab Alto  
 Eccè gerit, sistitq̄ tua nunc fronte Coronam:  
 Aurea Victorem recipit te Roma: Paterq̄  
 Cæsareas vittas Romanus inaugurat auro.  
 Tu quoq̄ Pacis honos, & gloria maxima Belli,  
 Imperijs cuius paret nunc Gallia iustis,  
 Carole, qui Proavos Carolos, Atavosq̄ Pipinos  
 Magnanimos imitans, factisq̄ ingentibus equans,

Te tanto prestas et Rege, et Nomine dignum:  
 Tu modò penè Puer, tenerisq̄, expertus ab annis  
 Militiam, & graue Martis opus, postrema paranteis  
 Fata tuo Capiti, Patriam, sacramq̄, Coronam,  
 Dir a tuam contra molitos bella Giganteis,  
 Ritibus ac sacris (pròh iniuria magna?) rebelleis  
 Impia Pastori Romano eadem arma minanteis  
 Prosternis vindex puerilis robore dextra,  
 Ac nouus in cunis laceras Tiryntius angucis,  
 Iesusq̄, velut frangis puer ora Golyæ.  
 Cumq̄, hæc impubes prestes imbellibus annis,  
 Quæ mox victurum te Monstra putamus adultum?  
 Minotaurus enim, Scyron, toruusq̄, Procustes,  
 Geryonesq̄, triplex, Lybicusq̄, Antæus, & omnes,  
 Qui magni Theseo, Alcideq̄, fuere pericli,  
 Virtuti ingentiq̄, tuæ, Dextraq̄, virili  
 Conatus fuerint parui, exiguiq̄, laboris:  
 Nec pietate minor, quàm Bello clarus & Armis,  
 Fluctibus in medijs, irarumq̄, æstibus altis  
 Hostibus internis civili Marte subactis,  
 Iisdem supplicibus victus prece parcere discis:  
 Ociãq̄, & Clemens Saturnia tempora Victor  
 Restituis Patriæ longum mansura per æuum,  
 Nunc tuasi in CHRISTVM Pietas exuberet, atq̄,  
 Impia disrumpas nunc fœdera, quæ licèt olim,  
 Temporis exacti pro conditione maligna,

Non

Non sinè Christigeni reliqui discrimine Cætus,  
 Cum Turcis Franciscus Auus compulsus iniuit,  
 Te tamen insontem tantis mersere procellis,  
 Totq; urfere malis meritum nil tale Nepotem:  
 Emendato pius defuncti facta Parentis:  
 Coelestemq; tuis Sceptris iuuenilibus iram,  
 Casurum Fulmenq; auertito: Turcica tandem  
 Fœdera solue Nepos: ea sola Piacula sunt.  
 Huc rebus Senonum pacatis dirige gressum,  
 Spiculaq; Sacram victricis cuspidis hastam:  
 Aurea victuris pendantur LILIA Signis:  
 Huc Gallia vibrata manu tua Gasa coruscent:  
 Regibus hæc Gallis sunt prælia nempe gerenda:  
 Scilicet hinc Virtus veterum præfulget Auorum:  
 In Sarracenos duris exercita bellis  
 Gallia Regalincinxit Diademate frontem:  
 Primoresq; Atam CHRISTI pietate corusci  
 A CHRISTO dictos Titulos meruere supremos:  
 Hinc Ludouicum olim sacras venerata per Aras  
 Suspexit Cœtu referens Ecclesia Diuum:  
 Hoc merito, his claris Rex magne accendere factis:  
 Romanoq; Patri Regna auxiliariis armis  
 Gallica tutato, teq; hac in Bella vocanti  
 Gratum Animum, gratasq; viceis Rex grate repende.  
 Tuq; cateruatim repetentem ex hoste Triumphos,



Constipato tuum bellatrix Gallia Regem:  
 Desine Natorum scædari sanguine, parce  
 Maternas scelerare manus pia Gallia Mater,  
 Transfer & huc cædes. Regalis tu quoq; Sena  
 Visceribus, Natisq; tuis iam parce: satisq;  
 Ciuili Rhodanus rubicundus sanguine creuit  
 Scuta Vgoniadum, galeasq; & corpora voluens.  
 Anglia Romani parere haud nescia quondam  
 Pontificis iussis, en Quintum agnosce Parentem,  
 Cælitus emissum, Sanctumq; hoc Numen adora:  
 Illius admonitu, sacrisq; hortatibus, immo  
 Sponte tua huc promptas dextras, & fortia confer  
 Auxilia: hinc Famam, nec auitis degener actis,  
 Æternam CHRISTI repetito quære Sepulchro:  
 Quiq; Palestinis direptis Arcibus olim  
 Primus Idumæis cinxit tua Tempora Palmis,  
 Victor, & ex merito Diuis, (cæloq; potitus  
 ( Crede ) aderit Bello præsens Ricardus ab Astris.  
 Scotia, vicinis & Hybernia mixta Brytannis,  
 Castra mouete, Dei repetendis amula Terris:  
 Patriuq; Antrum, Tylumq; ornate Trophæis.  
 Optime Rex, Sceptris inuicta Polonia iustis.  
 ( Sarmatia antiquis iam pridem dicta colonis )  
 Imperitata tuis si te solo. Ausspice quondam  
 Non tantum armatos vicinis finibus hosteis

Arcuit: at longè victrix sua Regna propagans  
 Sarmaticis insultantibus mox subdidit Armis,  
 Lataq; nunc degens altum Caput inserit Astris,  
 Quàm longè vincet, quantum & Telluris obibit  
 Si tua Casareis coniungas Agmina Castris:  
 Intrepidus nunc ergo Acieis, forteisq; Polonos  
 Cogito, & Austriaco Socium te iungito Regi:  
 Postulat id Pietas antiqua: id munus Amici:  
 Casareo si quidem Regaleis munere vittas  
 Cingeris, & latè imperitas Rex Orbe Polono,  
 Aucturus quoq; Confineis Socia Arma sequutus;  
 Hosteq; deletis viridantibus Victor utrasq;  
 Exuvijs captis ornabit Vistula ripas.

Tu quoq; Rex, latis cui nunc Moschonia campis,  
 Argenti, atq; auri fulvis generosa metallis,  
 Ingentiq; valens Equitatu, viq; pedestri,  
 Paret, & immissum terris ceu Numen adorat,  
 Expectata dies venit, qua sèpe petisti  
 Aurora in Populos indictis undiq; Bellis  
 Rumpere in obstantibus pugnaq; incessere Parthos,  
 Vicinosq; tuis expellere finibus hosteis:  
 Eia age mitte tuas generosa in Castra Cohorteis:  
 Expectata tuos in praelia cogito Moschos;  
 Ut, profligatis, deletisq; undiq; Turcis,  
 Arua subacta pijs tradas habitanda Colonis;

Pontifice à Summo quarè expectato Tiaram,  
Serus & excedens terris donabere Cælo.

Pugnacem sed quorsum Animū, atq; in prælia mersum  
Versibus ex acuo, conorq; accendere cantu?

Non hic arte mea, Tyrthæi aut carmine Pleetri  
Est opus: æra satis; pulsataq; Tympana Regem  
Bellatorem animant, truduuntq; in Bellaruentem  
Sponte sua, certoq; hosteis nunc Ense prementem:  
Arduus instat Equo, validaq; inmittitur hasta  
Anguipedi primus Selymo transfigere pectus.

Germani Heroes Martis, columenq; Decusq;  
Munere quiq; Dei magno, summiq; Vicari  
Augustis fertis Suffragia iusta creandis:

Nec quemquam euehitis Sceptri ad fastigia tanti,  
Ni sua quem Virtus, & fortis Dexterâ bello  
Prætulerit, meritisq; grauem gentiq; iuuanda  
Christigenæ Bello meliorem, & Pace futurum  
Arguerit, tantoq; parem se culmine sistens:

Versaq; sublimem quem promouet Urna, sacrosq;  
Imperij defert fasces, Trabeamq; potentem,  
Huic uni offertis iurati maxima vestri  
Regni Sceptra sibi, præsentiaq; Arma futura,  
Præsertimq; suam, vestra quem munere fortis  
Cingitur, in Turcas diuini Numinis acreis,  
Perpetuosq; hosteis si quando strinxerit Ensem,

Belligeriq; feri pressans calcaribus armos  
 Impia prapipili turbauerit Agmina gyro,  
 Accursate citi: Augustum curate iuuandum  
 Auxilijs, opibusq; nouis sacra tela parantem:  
 Accursate citi: uestram iam dextera in hosteis  
 Liberet acta fidem, iurataq; tela capessens:  
 Cogiteq; illa simul belli presentis in usum  
 Ingenia exculta, & solertia Pectora rerum;  
 E quibus insignes & Ami, Proauiq; sagaces  
 Arotosq; Typos, quibus hac impressa uidetis  
 Carmina paulo ante actis inuenere sub annis;  
 Bellicaq; are cauo fufis tormenta metallis,  
 Terrificis telis, tonitruq; imitantia Fulmen,  
 Duxerunt, dum bella Getis, stragemq; minantur,  
 Qua tamen in semet miseri torsere Nepotes,  
 Et cognata pilis lacerarunt corpora iactis.  
 Rectius in sauos modo ab aenea fulmina Partbos  
 Displodite, inuentos veteris reparata per usus:  
 Armatura Equiteis leuis, & grauioris onustus  
 Telorum generis Cataphractus ( ardua queis cum  
 Confecit bella, & stratis Germania turmis  
 Aduersis bello emicuit Clarissima Victrix )  
 Theutonicasq; acieis insignis robore dextra,  
 Barbaraque toties fuderunt Castra feroces,  
 Conspicuasq; fide, qua Regum limina, Regeis

Atq<sub>3</sub> ipsos seruant, qua sola Sydera tangunt,  
 Extemplo armatas Istrum transire iubete.

Vos quoq<sub>3</sub> claræ Vrbes, quibus aurea viuitur ætas,  
 Libertasq<sub>3</sub> viget Sectis intacta vetustis  
 Sanctius ordinibus magni discreta Platonis,  
 Auxilia hinc eadem conferte, pareisq<sub>3</sub> cateruas,  
 Quas vestra in Bellum traducere lege soletis:  
 Causaq<sub>3</sub> subsidijs stet sacra, & publica vestris.  
 Tum simul arcentes Turcam Pannonide ab ora  
 Ceruleumq<sub>3</sub> Albim lauro, Rhenumq<sub>3</sub> bicornem  
 Condecorate nouis, partisq<sub>3</sub> ex hoste Tropheis,  
 Mox quoq<sub>3</sub> pacatum, Geticisq<sub>3</sub> incurribus Istrum  
 Immunem Sacræ ramis redimite Mineruæ:  
 Tum præclara fides, & Amor notissimus ipsi  
 Casari, & excelsæ Germanicæ Gloria Cælo  
 Condita, Telluremq<sub>3</sub> ipsam dispersa sub imam,  
 Auctaq<sub>3</sub> per memoreis celebrentur Nomina fastos.  
 Heluety Proceres, inuicti roboræ Martis,  
 Quiq<sub>3</sub> Triumphalem quæstistis sanguine Laurum  
 Sæpius, & magnis illatis cladibus hosti  
 illustres, multo collato & munere sacram  
 Romanam in Sedem meruistis iure vocari,  
 Et scribi Titulis, Domitores Principum, & ultos  
 Romanam Sedem defensauisse Tyrannis,  
 Nunc Ararum vestrum Teucris ornate Tropheis:



Et Simoenta suis victum submittite Lympis:  
 Fundite Maumethen, & debellate superbum  
 Regnatorem Asiae diuini Numinis hostem:  
 Tum Populos Simoenta suum, Xanthumq<sub>2</sub> bibenteis  
 Romano Imperio, Romanisq<sub>2</sub> addite Sacris:  
 Clarius hinc vobis Cognomen: Rebus ab ipsis  
 Addentur Titulis insignia Nomina iustis.

Unanimes huc tandem omnes incumbite Reges  
 Christicola, infidum Numidam, versisq<sub>2</sub> sagittis,  
 fidentemq<sub>2</sub> fuga Parthum Terraq<sub>2</sub>, Mariq<sub>2</sub>  
 Impetite: atq<sub>2</sub> feros diuersis partibus hosteis  
 Oppugnate: patent Sociatis peruia solis  
 Aequora: Neptunusq<sub>2</sub> volens his praeiuit Undas;  
 Imperiumq<sub>2</sub> dedit Pelagi, summumq<sub>2</sub> Tridentem  
 Victori Austriaco: ac Consortem in Regna recepit.  
 Hostica Terra patet Terra contermina nostrae:  
 Hungaricumq<sub>2</sub> solum medius discriminat Ister:  
 Hac iter est pedibus: facilis sit transitus illinc,  
 Cum vos cuncta vocent Pannonica & Oppida, & Vr-  
 Liberiùsq<sub>2</sub> Crucem, Romani & dogmata ritus (bes  
 Sectari, & puro venerari pectore malint;  
 Militibusq<sub>2</sub> dapes larga, nec pabula turmis  
 Deficiunt illic, magnis alimenta q<sub>2</sub> castris  
 Cetera nec desunt, Phrygi quae plurima diues  
 Uber agri ad summum gignit regionibus illis.

Quæ plureis Tellus Cerealeis mittit aristas,

Mysia quàm felix Parthis inarata Colonis?

Armenti, aut pecoris quæ nam vlla feracior ora est,

Quàm pingues Asia Campi, sæcundaq; Nilo

Arua suo, veētis aliundè nec indigere rebus?

Armentumq; die quantas depascitur herbas,

Nocturno totidem succrescunt gramina rore:

Mygdonis ora illic, & Cræsi Regna Beata,

Alma quibus pleno fudit se Copia cornu:

Auratiq; fluunt illic Pactolus, & Hermus:

Quæ plura Eois radiantur Littora gemmis?

Quas Constantinus Romana innexit ab Urbe,

Inuenientur opes illic, & Gæza Quiritum;

Quæ nunc euentu Belli Fortuna secundo

Omnia proposuit vobis Victoribus, atq;

Subiecit prædæ tanti merita alta laboris.

Sed quorsum Exuvias, prædisq; ingentibus acreis

Adicio stimulos? haud irritamine tali

Est opus; agnosco, Sacrata è robor a Gentis,

Ingenuos Animos vestros, generosaq; Corda,

Munere non vllò, prædæq; cupidine nulla,

Sed solo, ac miro in CHRISTVM pietatis amore

Efferri, immenso laudumq; accendier Æstro;

Hacq; vna Sacram in pignam ratione moueri:

O sax sanctæ Animi, vereq; beata cupido

Uinaci Historia, æternoque Poemate digna,  
 Quàm libet aduersum dignissima vincere Bellum,  
 Et tandem in Diuos, & Numina sancta referri:  
 O ita Summe Deus stimulis ardentia sanctis  
 Pectora tutare, & generosis annue ceptis.  
 Arida nec Lybica deserta horrescite Terra,  
 Terreat aut illic inopis vos copia victus:  
 Namque per & Syrteis, locatum per inhospita vestra  
 Militia comes, atque epuli largissimus author  
 In sterili vel Agro, & presens Dux ille futurus,  
 Qui tactu virgæ liquidum de marmore fontem  
 Duxit, & Hebraos cælesti rore sequenteis  
 Pavit in Ægypto, exilij ieiunia soluens:  
 Moxque maritali mensæ Conuiuia recumbens  
 Pocula inexhausto mutauit aquatica vino:  
 Millia quinque hominum binis & piscibus assis,  
 Panibus & quinis aluit Iordanis ad undam  
 Bissenis plenis superantibus inde Canistris:  
 Qui Verbo fremitum, & Pelagi compescuit æstum:  
 Qui Verbo potuit ventos placasse furenteis,  
 Iratiq; Maris sicco pede transijt undas;  
 Omniaque ex nihilo fecit: Verboque creauit  
 Omnia, facturus Verbo maiora vel istis:  
 Hoc Duce nempe Deo superabitis aspera cuncta;  
 Cunctarumque fluet vobis Opulentia rerum.

Ergo alacres CHRISTI circumsepti undiq; Telis  
 Christiada illius crudelem irrumpite in hostem,  
 Nunc ubi finitimos iusto petit agmine Turcas,  
 Moschouita potens Bello, victorq; rigentem  
 Fulminat ad Tanaim, et Septem subiecta Trioni  
 Oppida diripiens Moschis adiudicat Armis:

Nec non Eois Preteiannes maximus oris,  
 Gentis, opumq; potens, seruansq; sacerrima Iura,  
 Victor Abyssinis stipatus fortibus hosteis  
 Fertur in Infidos, & Turcica Regna laceffit.

Quin Sophus ipse potens, regnator Persidis ora,  
 Et diuersa licet Maumethica Sacra sequutus,  
 Stirpis Othomana fastum, Selymumq; perosus,  
 Non sine Cœlicolum nutu, CHRISTIQ; vocatu,  
 In Scythia fera Bella mouet, Thracumq; Tyrannum:  
 Vt Maumethanis victis, Maumethe relicto,  
 Protinus ad Christum redeat, sanctumq; Lauacrum:  
 Veracemq; Deum colat omnis Persia Christum.

Sacratisq; inuictus Ana Rex fulgidus Armis,  
 Audaciq; Annis, & sanguine iunctus Hiberno,  
 ( Quos pulchra Parens Lusitania Rege beatam  
 Tollit, & elato nunc vertice Sydera tangit )  
 Fœderis & sacri Socys Comes additus ultro,  
 Inuictumq; Crucis gestans INSIGNE rubentis,  
 Christiadamq; Equitum numeroso milite septus,

Vicinos

Vicinos Mauros Tellure, Mariq<sub>2</sub> coercens,  
Iam debellatos Lusitanis vindicat armis.

Impaudè ut tantum assumat iam quisq<sub>2</sub> laborem,  
Armauit proprios Natos iterum Itala Mater,  
Instruxitq<sub>2</sub> suas Acieis Hispania Victrix:  
Horrentiq<sub>2</sub> Bisrons ardens in limine Ianus  
Belli feratos posteis, portasq<sub>2</sub> refregit  
Ultimum in excidium Selymi, stragemq<sub>2</sub> Tyranni,  
Ac Maumethani postrema in fata Draconis.

Aspiciate en quanto concursu, milite quanto  
Maxima in Infidos è septem Collibus Aphros  
Roma ruat; Tyberisq<sub>2</sub> suas sacer efferrat Vndas:  
In Numidasq<sub>2</sub> acuant fortes sua Pila Quirites,  
Gnosiacamq<sub>2</sub> Feram Labyrinthi errore latentem,  
Consilia hoc signo Belli secreta notantes,  
Romuleamq<sub>2</sub> Lupam, geminumq<sub>2</sub> sub ubere fœtum  
Pendentem, Martis patriumq<sub>2</sub> Insigne gerentes:

Emicat ante alios sacris ANTONIVS Armis,  
PAVLVS Et antiquæ laudis longè emulus, alter  
Ursinæ, gentisq<sub>2</sub> alter decora alta Columnæ:  
Actiacæ multo pugna Navalis honore  
Insignes certant Caput exornare novellis  
Frondeb<sub>2</sub>: hosq<sub>2</sub> Duceis sequitur Romana Iuventus.  
Cernite en ipse PIVS QVINTVS (cui Numine ab alto  
Haud temerè est istis Cœli, Terræq<sub>2</sub> potestas



Credita Temporibus, Petri commissaq; *N*avis  
 Fluctibus in tantis, nullos mergenda per Euros )  
 Quàm largas effundat opes: quàm sudet in ipsis  
 Regum Animis cogendis, communiq; tuenda  
 Christi adùm Causa: quo Typhi, & remige tutam  
 Ducat ad Auroram, *N*abathæaq; littora Classem:  
 Remq; gerat sacro Pastore, & Principe dignam,  
 Æternumq; sibi venturos nomen in annos  
 Perpetuans, Cæloq; merens post fata locari:  
 Ut *Q*VINTO posthac sacri ascribantur Honores:  
 Ut *Q*VINTVS posthac, nulli pietate secundus,  
 Primus ut est *P*IVS, incipiat primusq; vocari  
 Votis, Auspicijsq; suis pia Bella gerantur.  
 Cernite, purpureus qualem, pia turba, Senatus  
 Sincerumq; Animum, Studiumq;, Operamq; decet em  
 Supremo exhibeat Patri consensibus equis:  
 Privatæ nè quidem Thesauris parcat, opumq;  
 Prodigus armatas alit hac in Bella Cohortis:  
 Sacrorumq; aliquis *F*RATRVM de Classe molesto  
 Casurum auriculam Malcho se strenuus offert:  
 Quisq; *P*IVM Patrem curis, & sumptibus optans,  
 Emitensq; sequi, dignum se *S*EDE Beata  
 Efficit, effectus quisquis spes altera Romæ.  
 Ecce sequens Romam perpulchra Neapolis isdem  
 Ardescit studijs, pariliq; cupidine laudum,

Quàm

Quàmplureisq<sub>3</sub> potest Equiteis, Peditisq<sub>3</sub>, Rateisq<sub>3</sub>  
 Vicinum cogit Sebethus amarus in equor:  
 Partenopeq<sub>3</sub> suos prædulci carmine Mater  
 Ære cauo melius ciet in certamina Natos:  
 Materno emulsi cantu Heroesq<sub>3</sub> videntur  
 Regnicolæ in ferrum pro Religione ruentes.  
 Parte alia insurgens latis Insubria Campis,  
 Agmine delecto trepidanteis fertur in hosteis,  
 Insignemq<sub>3</sub> manum, atq<sub>3</sub> fidem ostensur a Philippo,  
 Pro Maria Nato totum sparsur a Cruorem.  
 Hinc Italis, Gallisq<sub>3</sub> potens conterminus oris,  
 Maximus Allobrogum Princeps, Sabaudius Heros,  
 Optimus EMANVEL, Phæbo, Martiq<sub>3</sub> dicatus,  
 Exulis & Phæbi, Musarumq<sub>3</sub> unicus HOSPES,  
 Nunc Marti incumbens auratis fulgurat Armis,  
 Amydeumq<sub>3</sub> precans Atauum sanctum, atque beatum,  
 Indigeteisq<sub>3</sub> inter summa pietate receptum,  
 Vt Bello assistat, Belli euentumq<sub>3</sub> secundet,  
 Detq<sub>3</sub> sibi vireis, & grata facessere (CHRISTO,  
 In Turcas tendit palma iam certus, Ouansq<sub>3</sub>  
 Instructam soluit Nicæno littore Classem.  
 Nec non Magnanimus COSMVS Dux Magnus Hætru  
 Iustitia, incertum, maior Pietate, vel Armis, (scus  
 Iustitia, at certum, Pietate, & maximus Armis,  
 Palladaq<sub>3</sub>, & Phæbum tot tempestatibus actos,

Et toto profugas complectens pectore Musas,  
 Regali nuper decoratus Stemmate, Summi  
 Decretoq; PII, haudq; alto sine Numine Divinum,  
 Egregia ob merita in PETRI collata Cathedram,  
 Ingenteisq; Animi ob Doteis, & Sceptra Dynasta  
 Libera, maiori Sceptroq; obnoxia nulli,  
 Lata sub imperio cuius, Sceptroq; beata  
 Ingenijs, opibusq; potens FLORENTIA Mater  
 Degit, & invidia fluctus nunc despicit Arnus;  
 Cuius in acta Patris FRANCISCUS filius iuit  
 Contendens maiore gradu superare Parentem,  
 Aequaq; per Thuscas Populos dans iura volenteis  
 Extollit sua Sceptra, viamq; affectat Olympo,  
 Magnanimusq; igitur COSMVS, vestigia primi  
 Sancta sequens Cosmi, reliquos imitatus Auosq;  
 Laurèteisq; pios, CLEMENTEM, almūq; LEONEM  
 Romaeq; Italicae Libertatisq; Parenteis,  
 Aemulus antiquae laudis, studiosus Auita  
 Et Gesta, & Famam, parteisq; aequare merendo,  
 Remq; PIO gratam, & morem gesturus amico  
 Pontifici, primos defensaturus honores  
 Sedis Apostolicae, Christoq; rependere grateis  
 Quam magis ipse potest dignas, grandeisq; paratus  
 Oncitat ecce potens Thuscas in Bella Chorteis,  
 Intrepidatq; manus, fulgenteisq; are Phalangeis,

Quis sibi finitimos nuper subiecit Hetruscos,  
 Æterna in Pace, ac miro deuinxit amore;  
 Stephaniosq; Equiteis, Sacri noua robora Martis,  
 Cogit in arma sua vel in hostem sponte ruenteis:  
 Hisq; breui instruxit Tyrreno in gurgite Classem,  
 Iam Nymphis, Pelagiq; Deis mirantibus ipsis,  
 Quam simul ac Thusco vidit Labrone moueri,  
 Puniceasq; P I L A S signis volitare per Vndas,  
 Sic fuit auditus Protheus cecinisse. Secundo  
 Omine enite Rates: Zephyriq; ut vestra vocantes  
 Vela priora mouent, primæ vincatis & hostem:  
 Intactaq; redite, & præda, & laudis onusta.  
 Proximus insequitur duris assuetus in Armis  
 Regulus Erydani, præclarus sanguis Ateste,  
 Latius in Arma mouens nunc Eridanitas omneis:  
 Mincius & viridi præcinctus Tempora lauro  
 Sponte suum mittit Gonzagam in Prælia fortem:  
 Strenuus, & fortis Parmensis in Agmina Princeps,  
 It Paulus, Pauliq; Nepos, Farnesia Proles:  
 Urbinasq; venit, quo nunc Victore Beatus  
 Ad Cælum auratas iactat Metaurus arenas:  
 Quatuor hosq; Duceis delecta pube sequuntur  
 Metauri, Eridani, Minci, Parmæq; Coloni,  
 Præstantesq; Viri, atq; Itala decora incluta Gentis.  
 Genua sequantis, Populusq; Lygusticus Armis

Accingit? quantis spumescit Puppibus Æquor  
 Rostratis? vicinus Erix quæ prælia miscet?  
 Alpini utq; ruunt Apuani, & littora complent?  
 Ut pia sollicita est pugnax in prælia Cyrenus?  
 Omnis in Urbe Lygur, Populus, Patresq; Viriq; (tur,  
 Arma, Arma, Arma vocant, celeres et in Arma ferū  
 iam Scythicis avidi Patriam exornare Trophæis;  
 Purpureamq; Crucem, Divi & Vexilla Georgi  
 Erigere, & capte Templis firmare Perynthi:  
 Hancq; Lygur Beli summam, (lassemq; Senatus  
 Andrea mandat: Lituum et de more reponit  
 Naualem illius manibus, quem dulcis Alumnum  
 Suscepit gremio, atq; dedit cognomina Doris,  
 Doris Nereidum pulcherrima, quem sequuta  
 Dorida, circumstant longo Maris ordine Nympha,  
 Venturas palmas, facileis Ventosq; precantes.  
 Dorius ergo Heros, Patrii vestigia magni  
 Infectans, Patriæ, Libertatisq; per acer  
 Defensor, tanto discedit latus honore  
 Littore, Et Auspicij soluit scelicibus oram,  
 Et Christo, & Patriæ mox quasiturus honoreis.  
 Auxilioq; pio venit Æsaris unica Nata,  
 Dives Agris, dives positus in scenore nummis,  
 Luca potens, Sceptriq; sui securâ quiescens  
 In Lybicos audet iam iam Panthera Leones.



Inchytaq; Urbs Venetium, Troianis structa Colonis,  
 Aut ( si vera magis loquimur ) Virtute, manuq;  
 Neptuni fabricata, sua post Pergama Troia,  
 Usta ( noua cautus veteris auertere flammis,  
 Urbe, suis illam posuit Neptunus in Vndis )  
 Cernite Christicola nunc quanta insurgat in Arma  
 Quam paret ingentem materna ad littora ( classem ?  
 Hinc Patavi florens Martis, Studijsq; Minerua,  
 Diuitijsq; potens, Antenore condita Magno,  
 Fossis vallata, & triplici, circumdata muro  
 Urbs venit; in ferrumq; volens Patavina Iuventus  
 Irruit: & pugnae feruore Medoacus ardet.  
 Illinc Euganei, quibus olim prisca vetustas  
 Praescia crediderat venturi Oracula Fati,  
 Pergameiq; Lares, & lapidis ora Timaei,  
 Clara Athesi Verona suo, fecundaq; eodem;  
 Tessina leuo, Babilone Vicentia dextro  
 Abluta, ad Aequoreum deslectens prima Leonem,  
 Delectis Equitumq; alis, Peditumq; Coronis,  
 Certatim in Parthos Marci Vexilla sequuntur.  
 Brixiaq; insequitur Vulcania: Lemnius illam,  
 Ignipotensq; Deus fabricanda elegit ad Arma:  
 Hic Steropes, Brontesq;, & nudus membra Pyragmon  
 Valdius insurgunt ferrum diducere in Enseis:  
 Brixiacaq; Calybs melius fornace liquefcit

Thoraceis, galeas, atq; *vera triliticia fingens,*  
 Inq; *cavi ferri effigiem formatus, ab igne*  
*Sulphureo explosas glandeis iacentis in hostem,*  
*Ictibus, horrifonisq; imitantis fulmina bombis;*  
*Quàm quondam Æthiæo vasti Cyclopes in antro*  
*Formarint incude sua, formataq; Tela*  
*Reddiderint acie quicquid penetrantia durum.*  
*Brixiaq; ergo venit telorum docta Magistra,*  
*Tractandisq; illis, meliusq; experta gerendis,*  
*Tecta Caput, Pectusq; manusq; armata valentis,*  
*Cætera Castra etiam munit fulgentibus Armis.*

Parte alia Crete medio circumfusa Ponto,  
 Alma Iouis Nutrix, centum famosa per Urbes,  
 Certius aligeri Veneti virtute Leonis,  
 Quàm Thæseo, Cressa filo ducente Puella,  
 Semiuri Tauri monstro purgata bisformi,  
 Ac tandem cæco Labyrinthi errore soluta,  
 Secure viuens, altaq; in Pace quiescens,  
 Muneris ipsa memor tanti, nunc Arma capeffit,  
 Curetas, Cretasq; suos ad littora cogens  
 Sponte sua ituros, mandet quocumq; Senatus.

Insula, cui Nomen Cephalus pulcherrimus olim  
 Rex dedit, Aurora Cephalus gratissimus, omnem  
 Venatu in Sylvis assuetus ducere vitam,  
 Subsequitur, mittitq; suos in Bella Colonos.

Quæq; suum Alcinoi iactat Corcyra beatum,  
 Atq; alijs Terris, Nereus quas Carulus ambit,  
 Non potuit se ferre illo sub Rege minorem,  
 Nunc tamen Imperio Veneto exornata, magisq;  
 Aucta, vel Alcinoi supra foelicia Regna,  
 Ocia Nausicaæq; supra gratissimamensæ,  
 Aurea Saturni sibi reddita Secula gaudens,  
 Adriacæq; memor, minimèq; ingrata Parentis,  
 Littore tota ruit; patrijsq; in vecta Liburnis,  
 Reginam pia in Arma suam comitatur euntem.  
 Dalmatia, Illyrium, nec non nemorosa Zacynthos,  
 Quæq; aliæ gentes, linguis, & dispare cultu  
 Diversæ, iusta Venetum Ditione reguntur,  
 Armatae coeunt Thurcarum in Funera Regis.  
 Antè omneis Veneta ipsa Parens animosa duellum  
 Instaurat: rursus Natos compellat ad Arma,  
 Mocenicos Trabea Illustreis, clarosq; Grimanos,  
 Venerios, & Barbadicos, Bombosq; feroceis  
 Martia Phæbea cinctos & tempora Lauro,  
 Maliperos, Contaranos, magnosq; Quirinos  
 Romanum à prima referenteis stirpe Quirinum:  
 Heroasq; ipsos Pisarum ab origine claros:  
 Quos tulit alta Domus Cornelia; quosq; Canalis;  
 Naugerios, Lauretanos, Doctosq; Capellos,  
 Fuscarios, lanos, Zenios, Tepulosq; vetustos,

Iustinianæos, Priolos, Gritosq<sub>2</sub> potentis,  
 Delectamq<sub>2</sub> omnem primæuo flore Iuuentam  
 Patrio Genere exortam, de stirpe Ducumq<sub>2</sub>,  
 ( Quam modo si coner numeris æquare canendo,  
 Iony fuerim antè Maris dimensus arenas,  
 Erranteisq<sub>2</sub> prius Stellas, fixasq<sub>2</sub> notarim )  
 Omnem læta Parens tamen in Certamina cogit  
 Accensam pugna, Famaq<sub>2</sub> sequacis amore:  
 Millena Adriaco nant Puppæ æquore, clade  
 Hostili insignes, prædaq<sub>2</sub> recente decore,  
 Aurea pendentes victricia Signa LEONIS:  
 Ornandasq<sub>2</sub> nouis Palmis, portuq<sub>2</sub> solutas  
 Circumstant Nereusq<sub>2</sub> Pater, Glaucæq<sub>2</sub> Sorores,  
 Inousq<sub>2</sub> Puer, Phorcus, Panopæaq<sub>2</sub> Virgo,  
 Blandaq<sub>2</sub> iucundum ludens Galathæa sub Vndis,  
 Adriacæq<sub>2</sub> Urbis Custos fidißima Tethis:  
 Delphini placido nantes in gurgite ludunt:  
 Impinguntq<sub>2</sub> rateis dorso Tritones Amico:  
 Tortilibusq<sub>2</sub> alijs demulcent æquora conchis:  
 Alma Venusq<sub>2</sub> venit, curruq<sub>2</sub> adiungit Oloreis,  
 Perq<sub>2</sub> suas Vndas vehitur Cythereide Concha  
 Dilectam Cyprum repetens, vltura Paphumq<sub>2</sub>:  
 Quas simul ac sensit ventis dare Vela secundis,  
 Cognouitq<sub>2</sub> suas Næueis Neptunus: en, inquit,  
 Ite meæ Næues fælices: Ite superbi,

Reliquias Selymi domitur & inuicta q<sub>2</sub> nostris  
 O mea Progenies fœlix illabere Regnis  
 Chalcidicas Arceis, Euboaq<sub>2</sub> Regna reposcens.

Quarè Europæi præstanti munere Reges

Conciliate Deum vobis, Socia Arma ferentes:

Vos Socijs Socios, & dextras iungite dextris

In Thraceis rursus iustum stringentibus Ensem:

Hæc una offensum propius piet. hostia Christum:

Nunc ergo glomerate manus: densasq<sub>2</sub> Cohorteis

Addite confestim Socialia Castra sequenteis:

Nunc vbi Catholicus Rex maximus ipse Philippus

Regnorum, & Caroli Virtutum certior hæres,

Hesperidum, Hesperia Rectorq<sub>2</sub> utriusq<sub>2</sub>, Paterq<sub>2</sub>,

( Quo nunquam melior, nec maior Pace, vel Armis

Rex fuit, ipse licet Terras Saturne reuisas;

Gradinoq<sub>2</sub> licet præsci reddantur honores )

Seruatorq<sub>2</sub> tenax percussi fœderis, illud

Certius obfirmans, armisq<sub>2</sub> ingentibus augens,

Cunctas ille suis Legiones euocat oris:

Integra Regna mouet, quæ plurima Sacro profundus,

Palladia Betis crinem redimitus Oliua,

Turia, Cingarapax, Sicoris, Duriusq<sub>2</sub>, Tagusq<sub>2</sub>,

Certantes rutilus Pactoli, Hermiq<sub>2</sub> fluentis

Perpetuo amne lauant: præq<sub>2</sub> omnibus altus Hiberus,

Imperioq<sub>2</sub> potens, apicatis tempora gemmis



Sacra coronatus, Regalibus irrigat Vndis:  
 Quaq; Abylam gentes inter, Calpemq; remotam,  
 Pyrenemq; altum, extremas Gadesq; morantur,  
 Armat: ubi ipse suo geminas de nomine dictas  
 Traditur Alcides olim posuisse Columnas,  
 Extremas Nautis metas, sinemq; Carinis:  
 Quas ausus PATER Inuictus penetrare, rubore  
 Non sine Tirynthi magno, maiore suiq;  
 Cum laude, ulterius tranans Hispanide pinus  
 Catholicis Sceptra, cursu scelice, nouoq;  
 Adiecit noua Regna, nouas genteisq; subegit:  
 Purgariq; nouos Populos Baptismate Sancto  
 Instituit, ritum, praeceptaq; Christica doctos;  
 Quos Fortunato nunc Maximus Orbe vocatos  
 Filius audenteis sacratis induit armis:  
 Tum quoq; Celtiberis Belgas, forteisq; Sicambros,  
 Menapiasq; manus, et Cantabra pectora iungit:  
 Insubreisq; Acieis, nec non Sebethide Matre  
 Instructas simul Ausonijs educit ab oris:  
 Sardiniamq; ciet: Baleareisq; armat utrasq;  
 Nauali assuetas pugna, funda, tremendas:  
 Trinacriamq; omnem Maris in Certamina prompta  
 Concitat, inq; Aciem Cyclopea Tela ferentem:  
 Militibusq; impartit opeis, vetereisq; recludit  
 Thesauros: aurumq; nouis sibi nuper ab Indis

Inuectum, Hispanis quodq; eruit Astur ab Antris,  
 Prodigus in Socios forteis Rex omne profundit:  
 Ingenteisq; iubet diuerso à littore Classeis  
 Rursus in arua uehi Neptunia: rursus ab ipsa  
 Parthenope effertur sua Classis: rursus ab Urbe,  
 Condita qua fertur Barchino Hannone, soluta  
 Classis Hibera volans, Balearibus aucta Carinis,  
 Aucta Syracusijs, Sardisq; Triremibus, altum  
 Omne tenet Calari ad Siculum distenta Pachynum:  
 Regia Victori commendat et agmina Fratri;  
 Commendatq; rateis, quibus ille Animosus in unda  
 Ambracia, Ismariis victis, captisq; Carinis  
 Omnibus, immaneisq; Getas, Thraceisq; superbos  
 Alta catenatos Sociorum ad Mania duxit:  
 Elyberimq; prius fraterna ad Sceptra redexit:  
 Quem simul ac Iuuenem nitidum fulgentibus Armis,  
 Et Lituo insignem Sacro Pratoria Puppis  
 Exceptit, Diuq; Maris videre micantem:  
 Tali fatidicas, cunctisq; silentibus Euris,  
 Dyq; Deaq; omnes soluerunt carmine linguas.  
 O præstans Animi Iuuenis, qui Marte secundo,  
 Brachia quâ latè sua porrigit Amphitrite,  
 Pacasti occisis memoranda strage Piratis,  
 Thraceq; deuictis, nostris Selymoq; fugato  
 E Regnis, tutas fecisti protinus Undas

Augusto aequalem nactus tibi Classe Triumphum:

Idq; tua Dextra totum debere fatentes

Aequora strata tibi offerimus: tibi cessimus uni

Iura Maris, nostri latus rege Currus habenas:

Premia te maiora manent, certi q; Triumphi:

I Felix: celer amissumq; repose Thunetum:

Algerijq; Urbem, fuerat quae Iulia quondam

Cesarea, Imperio parte submitte Gulettæ:

Subdeq; bisuictæ cunctas Cartaginis Arceis.

Marte recepta tuo Bizantia mania iustis

Cesaribus: sacra PETRO Iordanida Lympham,

Cedrigerum Libanum, Solymæaq; limina reddes:

Ipsè Triumphator, spolijsq; Orientis onustus,

Regibus externis dextras post terga reuinctis,

Bisq; triumphata Capitolia celsa Canopo

Ingressus, clarus Tarpeias victor ad arceis

Magnificos agito deuictæ Oriente Triumphos;

Et longum Eois latè dominabere Regnis.

Pollicitis igitur tantis, certisq; Coronis

Allecti audaces, & pleni numine Reges

Accelerate viam: primi q; cape site Tela:

In Maumethanos primi distringite ferrum:

Armatos Socios tandem exaudite vocanteis:

Vos pia in Arma vocant Veneti Pietate micantes:

Vos pia in Arma vocat notus Pietate Philippus:

E Vaticanis Pastor Sanctissimus Aris  
 Prostratus, supplexq; Deo pia Sacra celebrans,  
 In pugnas, Palmasq; novas vos suscitatur immo  
 Christus in Arma vocat, vos inquam Christus ab Alto,  
 Christus in Arma vocat: qui Tempora vestra Tiaris  
 Ornauit sacris, & Sceptra potentia dextris  
 Imposuit, tandemq; suo vos sanguine lauit:  
 Dignatos Cælo Stygijsq; exemit ab umbris:  
 Tantorum inq; vicem presentia postulat Arma,  
 Tempora ablata sibi, vobis ut adempta reponat  
 Regna; suosq; nouis Pugnanteis laudibus ornet:  
 Pignora saltem Animi grati, speciemq; daturi,  
 Palmarum ò certi festini accurrite Reges,  
 Quò Pietas, quò laudis Amor, quò fama perennis,  
 Promissi q; comes Cæli Spes ducit hiantes,  
 Nunc Othomanos propius trasfigere Telis:  
 Atq; hæc ipsa potens in Bella gerenda Iohannes  
 Inclytus Austriades, Caroliq; inuicta Propago,  
 Tempora Nauali cinctus rostrata Corona,  
 Velinoliq; Maris Rector, Terraq; patentis  
 Arbitrer, & Palma assertor certissimus huius,  
 INDUPERATOR erit vester: certissimus immo,  
 Qui præsit Castris, quem cætera Castra sequantur,  
 Vester erit Ductor Ponto, Terraq; per hosteis  
 Dux Exercituum, fortisq; in Prælia CHRISTVS,

Barbarici domitor *Fastus*, authorq; *Triumphii*.  
 Hoc Duce congressi pugnas en obite secundas:  
 Hoc Duce Bellorum euentus sperate futuros  
*Ælicis*, & vos omni certamine primos:  
 Hoc Duce victores Pontum superate, & *Araxem*,  
*Euphratem*, & *septemgeminum cum Phaside Nilum*,  
*Ausonio Tyberi* & victum submitтите *Tigrim*:  
 Nuper & *Antipodum* notos penetrare recessus;  
 Ut, *Maumethana* deleta dogmate *Sectæ*,  
*Mentitisq;* Deis vel ab omni gente relictis,  
 Solus adoretur *CHRISTVS*, solusq; per *Aras*  
*Thure* vaporetur: *CHRISTIq;* *Vicarius vnus*  
*Occiduis, Indisq;* *viris*, nuperq; *reperitis*  
*Supplicibus Populis* passim *veneretur*: & *idem*  
*Ad Christi Sacra lura*, *fidem, ritusq;* *redactum*,  
*Pacatumq;* *regat Sanctis Virtutibus Orbem*.





PRECATORIO QUINTO  
PONTIF. OPT. MAX.

RESTITVI BONAM

VALETUDINEM.



*HABEBE, pererrato Solaribus  
Orbe Quadrigis,  
Vidisti, emensi Quis status Or-  
bis eat:*

*Illinc illatis Asiam, Lybiamq;  
sub armis:*

*Hinc Sancto Europam feruere*

*Marte vides;*

*Præq, alijs pressam tanto sub pondere Romam,*

*Dum Lybia, atq, Asia soluere vincla parat.*

*At PIVS ipse operum tantorum maximus author*

*Tempore, quo validus debuit esse magis,*

*Heu iacet egrotus, seris & proximus horis;*

*Ni tua languentem subleuet alma manus.*

*O bone Phabe citò Sancto succurre Parenti*

*Exper-*

*Expertus Medica quicquid in Arte uales.*  
*Prome salutiferas herbas, succosq; potenteis:*  
*Et fugientem animam sedule redde P I O.*  
*Phoebe uocare ueni: moueant te publica damna:*  
*Publica te moueat sospitis ipsa Salus:*  
*Eheu nunc illo moriente intercidit omnis*  
*Europa, & Lybia spes, Asiaq; cadunt.*  
*Sospite sed Quinto renouabit Roma triumphos:*  
*Cumq; Asia excutiet terra Lybissa iugum.*  
*Publica damna adimas: communem redde salutem:*  
*Totus Apollineam sentiat Orbis opem.*  
*Hinc tibi maior erit, quam qua Pythone perempto*  
*Gloria victorem te comitata fuit.*  
*Anguis in interitu purgasti iugera montis*  
*Unius; & Nilum infecerat undè lues.*  
*Pontifice in Summo reduci das ocia septem*  
*Collibus; & Tyberi gaudia cuncta refers:*  
*Incolumi ac Sancto Pastore, Gregiq; uetusto*  
*Vitalis superest, tum datur aura nouo,*  
*Et toto quem nunc Oriente ad Ouilia CHRISTI*  
*Congregat: et Christi ad pasqua Sancta uocat.*  
*Tantus ab Hippolyto reuocato rursus ad auras*  
*Non honor est. Sanas hic Hominem, atq; Deum;*  
*Qui nutu referatq; seras, & claudit Olympi:*  
*Et referat nutu, et claudit Auerna potens.*

Si pius ergo PIVM servaueris: omnis in illo  
 Sospite gens sospes, quæ patet Orbis, erit:  
 Nec Tyberis dignas tantum, & comes Adria grateis,  
 Et Tagus, & Rhodanus, Rhenus, & Albis agent;  
 Sed Tanais, Ganges, Euphrates, Bagrada, Nilus,  
 Hæbrus, Danubius q̄, Antipodum q̄, lacus,  
 Ingenteis q̄, tuas laudeis, et nomina tollent:  
 Servatos dicent seq̄, ope quemque tua.  
 At vos interea, donec PIVS ipse laborat,  
 Nè Sanctum agresi destituatis opus:  
 Instructæ Classes: armato Milite feruent  
 Littora: Veliuolas et vocat Aurarateis.  
 Christiade ergo Duces date vela vocantibus Auris:  
 AVSPEX Belli aderit CHRISTVS in Armâ potēs.



## IN VICTORIAM NAVALEM

à Serenis. Iohanne Austriaco sacrae conspirationis

Imperatore aduersus Turcas ad Nau-

pactum habitam Ode Sebastiani

Sanleolini Florentini.



VIDERAT claram Venus alma

Cyprum,

Iam sui sedem, columnenq; templi,

Barbaro euersam miserè duello

Cedere Parthis:

Viderat stratas violenter vrbes,

Ac solo equatas: Paphios fideq;

Punica captos medias per aras

Vulnere casos:

Viderat tum deditioe capta

Mena Augusti celebrata fama:

Impie rumpi data deditisq;

Iura, fidemq;

Italos fortes, animaq; magna

Prodigum Hastorem cadere inter ipsas

Faderis scripti tabulas, ( Getarum o

Nobile probrum? )

Nescios fari, puerosq; matrum

Conditos aluo patuisse telis:

Nec

*Nec Scythas prada cupidos litatis*

*Parcere templis:*

*Viderat tandem Cytherea classem*

*Thraciam, Cypri spolijs onistam,*

*Thracium versùs dare vela portum, ac*

*Ferre triumphos:*

*Indolens tantas fieri rapinas:*

*Sanguinis tantum pelago, atq; campis*

*Cypricis fusum: reuehiq; fonteis*

*Æquore letos:*

*Diva sic Martem alloquitur, Ionemq;:*

*Ergo vastari mea regna ferro*

*Barbaro cernam? mea templa flammis*

*Vista videbo*

*Filia inuicti Iouis, atq; fœlix*

*Martis amplexu mihi amati inulta?*

*Ergo ad externos mea dona Diuos*

*Rapta ferentur*

*Prorsus impunè? ò Pater alme, dextra,*

*Qui tua quondam temerè rebelles,*

*Liberos Terra, Enceladam, ac Tiphæum*

*Fulmine terres;*

*Quid reos differ sceleris superbos*

*Tamdiu iusto lacerare telo?*

*Quid vel illis scopulis carinas*



Mergere cessas?

Sapè iuratus Stygias per undas

Omnem ab Aenea sobolem futuram

Inclutam regnis, Dominamq; dixisti

Secula Romam:

Scilicet Chalcis, Rhodos, & Mycena,

Argos, & Cyprus, reliqua; capta

Insula nostros super alta tollunt

Astra Nepotes?

Heu quod Aenea timui, Pijq;

Posteris cogor timuisse: Cypro

Perdita; amittet tua clara Nutrix

Oppida centum:

Sexus & Cyclops, Phalarisq; rursus

Arua facunda rapiens Triquetra;

Nuper obsessam Meliten: Latini &

Littoris oram:

Maximus gentis, quibus occupatis,

Itala splendor, Venetus Senatus

Terga victori dabit heu Tyranno:

Romaq; cedit:

Undè Carthago veteris ruinas

Altius tollat? tua dicta Pater

Numquid inconstans reuocas, locoq;

Fata renellis?

Tuq; nil nostri memor inter arma  
 Hostium, contra Venerem stetisti?  
 Istud amplexus meruere dulces  
 Perfide Mauors?

Iuppiter monstra loue me esse natam:  
 Te nec ingratum Veneri Gradine:  
 Quis meas iustos aliàs honores  
 Ponet ad aras?

Tum Dea frontem Pater osculatus  
 Mitte singultus, ait, & timorem:  
 Permanent immota Lupæ, & marino  
 Fata Leoni:

Amboq;, æterna Ditione terras,  
 Et maris tractus Domini tenebunt,  
 Hoste deleto, & Populis remotis  
 Sub iuga missis:

Nec tuam posthac premet vlla Cyprum  
 Secutus: ultra neq;, victor hostis  
 Insilens puppi, veluti triumphans,  
 Cerula verret:

Ismari syluis malè cæsa pinus,  
 Alite infaustaq;, soluta portu,  
 Quàm breui reddet malè rapta: fiet  
 Prædaq;, victis.

Quàm Dionæus tuus Antè Cæsar

Exteris Marcum ratibus potentem  
 Actium ad littus, Dominamq; Nil  
 Classe subegit,

Nunc eà victrix inimica Puppis  
 Nauigans, tristi vice, vela, remos  
 Victa concedet: manet hic supremus  
 Exitus illam.

Qui tuus longa à serie Nepotum  
 Pronepos, capta Elyberi, & reducta  
 Fratris ad iustum Imperium Philippi,  
 Sceptraq; prisca,

Alta Neptum vada gloriosus  
 Federis sacri, Sociaq; classis  
 Maximus Ductor secat; et feroceis  
 Fertur in hosteis,

Ceù Leo, ablatos catulos reposcens,  
 Nec prius sistens, Numidam rapacem  
 Vngue quam perdat, vacuisq; natos  
 Ponat in antris.

Tinget hostili pelagus cruore:  
 Auferet prædam: miserisq; captos  
 Exuet vinclis: inimica nec tet  
 Colla catenis.

Partis aduersæ ratibusq; ad unam  
 Omnibus captis, domitisq; Parthis

Clade Naupactum faciet secunda  
Nobilem in eunum.

Mars adhuc. Dictis animum paternis  
Diva confirmes: aderitq; præsens,  
Quæ tuos numquam meæ læsit, olivæ  
Dextera pugna.

Nec mora: inuectus Siculis ab undis  
Attigit ventis Ithacæ secundis:  
Factus Eois propior carinis  
Impetit hostem

Præferocem armis, tumidum recenti  
Srage nostrorum, vel ea valentem  
Classe, qua nemo maria expilavit  
Archipirata;

Fulminisq; instar, ferit, urget, urit  
Inclutus bello Austriacus Iohannes,  
Sanguis Augustus, Caroliq; magni  
Veræ propago:

Nunc Duceis, naueis modò mergit undis:  
Sternit obstanteis gladio Phalangeis:  
Seq; dedenteis, veniam & petenteis  
Compede donat.

Quæ prius Thraci fuerat benigna,  
Flatibus versis fauet aura Nostris  
Carbassis: Iustis (Quis Iò negabit?)

Militat Æther.

Fulgido circum caput are vinctus

Proximus primoq<sub>3</sub> Duci Columnna

Diripit naueis, cumulatq<sub>3</sub> cadeis

Ense tremendus.

Magnus ardenti Comes it Columnna

Paulus, Ursina columenq<sub>3</sub> gentis,

Ambo Romani proceres, duoq<sub>3</sub>

Fulmina belli.

Allobrox audax minimè secunda

Laude contentus, Phrygias triremeis

Victor insultat, redigitq<sub>3</sub> captas

Hoste perempto.

Ceteri Heroes, Itali, atq<sub>3</sub> Hiberi

Conferunt dextras, subeuntq<sub>3</sub> pugna

Pro Fide CHRISTI, Patriaq<sub>3</sub> prompti

Fata subire:

Dorius pugnax: Crucianus Heros:

Sfortia fratres: validus Typhernas:

Corneus fortis: Venetaq<sub>3</sub> Classis

Venerius Dux.

Parma, & Urbini generosa fulget

Principum Virtus: Melitæa pubes

Perditi iam reliquias Dragbutis

Perdit in undis:



Fratre cum Paulo Michael Bonellus  
 Strenuus primas gerit: inter omnes  
 Emicat Diu Stephani, atq; Magni  
 Miles Hetrusci.

Robore inuicti, Austriaciq; Martis,  
 Sanguine effuso rubicunda cernas  
 Æquora: hostileis videas natanteis  
 Æquore truncos.

Parthicam Classem spacio vel horæ  
 Stare captiuam videas; Getasq;  
 Antè Victorem cecidisse victos,  
 Atq; reuinctos.

Vndè Naualem capiti Coronam  
 Roma Victori legat: ipsa nexet  
 Adriæ Regina maris; feratq;  
 Frater Hiberus.

Totaq; Europe benegrata Sacras  
 Erigat saxo Statuas, vel ære:  
 Maximas vireisq; potens in vnum  
 Colligat vltro:

Maximus, iunctis quibus, O thomanos  
 Nunc mari victos, subigatq; terris:  
 Numen & CHRISTI redigat colenteis  
 Austrius Heros.

Tum PIVS QVINTVS, modò sacra cuius

*Arma diuino monitu geruntur,  
Vivat: & longum regat vnus vnus.  
Pastor Ouille.*

*Eiusdem*

In laudem Marciantonij Columnæ Romani  
Reguli secundo nauali prælio Actiaco  
aduersùs Turcas victoris.



*ic duo pugnauerunt: ambobus Maxima  
Roma*

*Mater: par Virtus: Nomen idemq̃  
fuit:*

*Dispar sed Fatum: hic victrici in secula Dextra:  
Ille nece Actiacas nobilitauit aquas.*

*Cur magè Columnæ fauit Victoria? Victus  
In Patriam: Victor pro Patria arma tulit.*

*Eiusdem*

Christianorum nauali conflictu ad Naupa-  
ctum defunctorum Tumulus.



*ILLUSTRES Anima, Actiaca queis clade  
secunda*

*Propatria, & Christo corpora mersa iacent,  
Flebilis*

*flebilis haud obitus vester, nec funere dignus:*

*Funera siue sient, nec lachrymanda tamen.*

*Pro Patria extinctos praesentat Gloria viuos:*

*Defuncti CHRISTO nullum obiere diem,*

*Nec certè Mors est: qua vobis Vita paratur*

*Æterna, aternos itur & ad Superos.*

*Nulla necis Tumulo, vestra sed causa salutis*

*Sculpatur. Caelos Actia pugna dedit.*

*Saluete Indigetes: Cœliq; è parte beata*

*Unanimi summum voce rogate Deum,*

*Victricem ut classem, Socialiaq; arma secundet:*

*Det toto Palmas victo Oriente nouas:*

*Sentiat & Sebymus terraq; mariq; subactus*

*Austriacos fasceis, Imperiumq; Pij.*

*Eiusdem in Eisdem alter Tumulus.*

**A***Urea marmore & Victoria nixa Columna,*

*Cincta comas Lauro, prætendens pollice Palmam,*

*Pro Tumulo erecta est vobis, qui fortiter vsi*

*Ense, ferum Thracem Ambracijs vicistis in Vndis.*

**G**


**F I N I S .**



INDEX REGVM, REGVLORVM, AC,  
Prouinciarum Huius Opusculi.

	Pag.	Li.		Pag.	Li.
<i>A</i> Anglia.	12	8	<i>H</i> Haſtor Balionus.	40	19
<i>Aſſyria.</i>	4	16	<i>Heluetij</i>	16	18
<i>Aſcanius Cornens</i>	46	20			
<i>Asia</i>	4	16			
<i>Allobrogum Dux.</i>	23	11		24	10
	46	10	<i>Hispania</i>	21	5
<i>B</i> Bethleem.	4	22	<i>Hispaniarum Regis Classis</i>	31	11
<i>Brixia.</i>	27	21	<i>Hispaniarum Rex</i>	1	6
<i>Bohemia.</i>	8	7		31	11
<i>C</i> Carolus. V. Imperator.	32	7	<i>Hybernia</i>	12	19
<i>Carol. Vales. Galliarum Rex</i>	9	22	<i>Hyerusalem</i>	4	25
<i>Constantinopolis</i>	4	3	<i>Hyroſolymitani Milites.</i>	5	16
	34	10		46	23
<i>Cofm. Med. Mag. Hetr. Dux.</i>	23	22	<i>I</i> Iapidia	27	15
<i>Cephalenia</i>	28	22	<i>Inſubria Mediolanenſis.</i>	23	7
<i>Classis Veneta</i>	30	9	<i>Inſula Fortunata.</i>	32	14
<i>Collegium Cardinalium.</i>	22	14	<i>Italia</i>	21	3
<i>Comites S. Floræ</i>	46	19	<i>Ithaca</i>	45	8
<i>Columnæ Herculeæ</i>	32	5	<i>Imperator Maximil. II.</i>	6	2
<i>Corcyra</i>	29	1	<i>Iohannes Auſtriacus</i>	2	2
<i>Creta</i>	28	12		17	15
<i>Cyprus</i>	3	16		33	10
	40	6		33	21
<i>E</i> Electores Imperij	14	11		40	6
<i>elyberis hodie Granata</i>	33	15		44	8
	44	9	<i>Iohannes Andreas Dorius.</i>	26	11
<i>Euganei.</i>	27	13		46	18
<i>F</i> Franc. Med. M. Het. Princeps.	9	2	<i>L</i> Lucenſis Reſp.	26	22
	24	10	<i>Lufitania ſeu Portugal. Rex.</i>	20	19
<i>Ferrariæ Dux.</i>	25	13	<i>M</i> Mantuæ Dux	25	16
<i>G</i> Galliarum Rex	9	22	<i>Marcus Antonius Columna</i>	21	18
<i>Genuenſis Reſp.</i>	25	25		46	2
<i>Germania.</i>	2	24		48	8
	14	15	<i>Marchio S. Crucis</i>	46	18
<i>Græcia.</i>	2	15	<i>Melite</i>	5	16
					Michael

	Pag. Li		Pag. Li
<i>Michael Bonellus</i>	47	1	47 25
<i>Milites S. Iohannis Bap.</i>	5	16 R Rhodori	3 7
<i>Milites S. Stephani</i>	25	3 Roma	1 5
	47	3	21 01
<i>Milites Christi</i>	20	25 S Sabaudia Dux	01 23 11
<i>Moschonia Rex</i>	8	10	46 10
	13	14	21 24
	20	4	47 25
<i>N Naupactus hodie Lepantus</i>	45	1 Scotia	12 19
<i>Neapolis</i>	22	24	4 25
<i>P Palestina</i>	4	19	20 11
<i>Pannonia</i>	2	27	46 21
<i>Parmæ Princeps</i>	25	18 V Venetiarum Resp.	1 8
	46	22	27 1
<i>Paulus Ior. Vrsinus</i>	21	19	29 15
	46	6	30 9
<i>Paulus Ghislerius</i>	47	1	27 16
<i>Patanium</i>	27	8	46 18
<i>Pergamus.</i>	27	15	27 17
<i>Polonia seu Sarmatia Rex</i>	12	22	25 20
<i>Philippus Hispaniarum Rex</i>	31	11	46 22
<i>Portugallia Rex</i>	20	19	16 3
<i>Preteiannes</i>	20	7	29 11
<i>Pius. V. Pontif. Max.</i>	21	24	
		Z Zacynthos.	





*Errata sic corrigenda*

Pagina	Versus	Veritas
2	13	presentem
9	8	laryges
10	11	islem
16	11 & 25	Trophæis
17	25	Lymphis
18	5	verè
20	5	Tyrannum
23	3	Parthenope
24	22	Cohorteis
27	10	& triplici circumdata
28	5	Theseo
34	9	Carthaginis
35	6	transfigere
41	11	fœderis
41	12	Typhæum
44	12	fœderis
45	11	Strage
46	11	Columna

**H**IC Carminum libellus & elegantia & pietate refertus, cum à Christiana religione nulla prorsus in re discrepet, ut formis excuderetur permissimus. Ter. Calen. Maias MDLXXII.  
 Nos Guido Seruidus Præpos. & Vicar. Generalis Floren.

FLORENTIAE  
 Apud Iuntas M. D. LXXII.